de cordibus nostris semen vivificum: sed vigilemus & oremus cũ timore ac tremore salutis
nostræ incumbentes. Cæterum (quod attinet ad illam D. Philippi responsionẽ, cuius exem-
plum dedi hic Iodoco van Rosen, sperans fore vt tibi illud communicaret) nõ video quid
referat (vt loquar tecũ familiariter) vtrum dicamus, In pane, Sub pane, an cũ pane
recipi corpus Christi, cum maneat vulgus in eodẽ errore, quod aliqua transfusio sub-
stantiæ corporis Christi in sumentes panẽ fiat. Non moror quid apud se intelligant
magni viri, sed quid confiteantur ausculto. Alioqui dicã in pane esse corpus, vt in sym-
bolo, sub pane, vt sub arra. Ita fiet vt diversis formulis idem oes sentiamus. Sed ego
privatus homuncio, cõtinere me debeo intra metas meæ vocationis. Illud tamẽ addam,
Quod relegatur huius cõtroversiæ iudiciũ ad solemne aliquod collegiũ hominũ doctis-
simorũ, nihil hoc videri aliud mihi, quã ad græcas (vt aiunt) kalendas provocare.
Qui in pontificio fermento consenescunt expectantes expectant quoddã generale cõciliũ, at
interim plerique eorum avitis erroribus immoriuntur. Non sugillo ego tressis homunculus
summorũ virorũ gravissima iudicia (ita me bene amet filius Dei) sed in amici sinum fide-
liter depono, quid mihi animũ angat. Valde eñ metuo ne (vt græcis in proverbio est) πολλὰ
μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Quod si fit, video mihi tandẽ transferendã domũ esse. Quia tamẽ
de re nihil prius statuere possum, quã hic tumultus qualecunque exitũ sortiatur. Lon-
gum mihi videtur, & damnosum sentio, & me & meã familiã tot iã mensibus fructu
dominicæ cœnæ fraudari, & tamẽ religio mihi est, ad eã accedere, quãdiu hæc funesta dis-
sensio agitatur. Quid? quod nõ etiã satis scio, an si pergent maledicere, fas sit cõcioni-
bus ipsorũ interesse. Quã de quæstione vno mihi verbo (si modo tantillũ otij suppetet)
velim a vobis responderi. Nuper D. Iacobus Probst senior dixerat in suggestu, nos indig-
nos sanctorũ consortio, eã pridemque a Christo excommunicatos, quicunque proterve de sacra-
mentis Ecclesiæ loqueremur. Accessi ad eũ paulo post, rogavi eũ et me (qui docenti ste-
terã in oculis) in illo numero abstentorũ hominũ censeret. Respondit se de blasphe-
mis loquutum, in quibus si me ipse scire esse, mihi dictum putarem. Ego (inquã) nec
blasphemus sum, nec ijs accedo, qui de Sacramẽtis irreverenter loquuntur. Offensus fu-
it ille quidẽ, sed tamẽ (vt lentior est natura) nequaquã me a cœtu prohibere sustinuit,
sed rem in medio reliquit. Perculit eos oes Iohannis Amsterodamij fatũ nõ mediocriter,
& oia eorũ consilia ex certis incerta reddidit. At nihilo secius spem vultu simulant,
et easdem (quos norũt) feroces animos præ se ferunt, et easdem (vt ita dicã) clades ructant.
D. Iesus, qui lavit nos sanguine suo, vt simus sancti et irreprehensibiles corã ipso, ser-
vet nos puros ab omni fermento versutiæ et nequitiæ per Spiritũ veritatis. Amẽ. Vale
venerande frater Brassi, & nostri memor in tuis orationibus, idem studiũ a nobis ex-
pecta. Bremæ 7 Cal: Martias 1557 inter balbutientes pueros.

Iohannes Molanus

Nr. 3]

D. Alberto Rychard in comitatu Hoyensi φιλανδρο.
Pax Christi.

Nostræ hic turbæ adhuc in ambiguo hærent: quis futurus sit tandem exitus Deo cura
erit. Vtinã mihi filius Dei hoc largiatur pro cõsolatione tuum exilij, tui ingravescentis iã
ætatis, vt in aliquo cœtu vnã (quantũvis tenuiter) vbi decẽ homines habeã, idem in doctri-
na fidei constanter probantes. Non sane me pigeret huius Ecclesiæ (quid eñ est in hac
vita ... festum?) nisi me hoc vnũ angeret, quod in nonnullis ab eius custodibus dissidens
ipsorum morositate, quos propter commune patria tutores et patronos habere debuerã, eo ne-
cessitatis redactus sum, vt aut cõfirmare debeã, quæ minus probo, aut quasi abstitto
homo

[= Msc. a. 11: Nr. 128]

homo fratrū cōmercia declinare. quod tamē poſterius mihi duco tolerabilius, quā in his, quæ
ſunt conſcientiæ & fidei, cuiuſquā hominis iugū ſubire. Itaq quo mihi cunq res cadat,
ſtat ſententia, ſine vlla ſimulatione apud eos, qui inquirent, modeſte confiteri, quæ me
ſcio ex æterna Dei veritate percepiſſe. Nec vobis (audio) res prorſus tranquillas eſſe. quid
vos turbarit, quove loco ſitis (niſi moleſtum erit) velim reſcribas. Simul et ante te oro et
D. Cornelium meos patriotas, vt veſtris me precibus iuuetis apud Christum ſeruatorem.
Sentio enim iam pridē, quā nō ſuauis vita ſit procul ab amicis omnibus importunorum
hominū acerba odia, et diros Sathanæ morſus quotidie ſuſtinere. Christus Ieſus, qui me
extruſit patriæ finibus, concedat mihi tugurium aliquod (dum viuā) quod ſit eorū taber-
nis cōtiguū, qui inuocant eius nomē in ſpiritu & veritate. Amē. Vale mi frater, et vide
quæſo muneri huic Henrico Vliet operā dare iuſſis. Bremæ 10. Cale. Mart: 1557.

Tui ſtudioſus Iohannes Molanus.

Nr. 4)
[= Nacr. a: 11, Nr. 129]

M. Petro de Smet doctiſſ. viro amico meo, Hypris.

Grata mihi fuit tui erga me animi ſignificatio, quā dediſti inciteato hoc ciue veſtro vt de
me inquireret, ac ſi Bremæ eſſem, ſalutem tuo nobis nomine precaretur. Nō eſſent veteres ami-
ci (in quibus te quoq et Socerū hoſpite meū numero) tam incerti rerū mearū (quales ſint,
cunq) niſi tam exulcerata eſſent hæc tempora, vt me prorſus a ſcribendis literis abſterreant,
non de nihilo metuentem, ne quid cū amicorū periculo in eorū manus incidat, quorum
veloces ſunt pedes ad ſanguinē fundendum. Qui deſertis villis inſident, qui ſtruunt
latenter inſidias (ſicut leones in luſtris) vt innoxios hoīes ſuis vnguibus implicent ac
peſſundent. Nunc tamē, quoniā eū virū nactus ſum (vt arbitror) cui tuto credam,
pauca vobis cū de meis rebus, tū de cōmuni ſtatu religionis indicabo. Meæ res (vt eas
priores expediā) toto hoc triennio eodē tenore, humiles quidē, attamē tranquillæ fuerunt.
Decem me aūt 12 pueri aluerunt docentē eos ipſos priuatim & ſtudiis meis fruentem.
Vna interim lectione iuui publica ſchola, ne porro gratuitus hoſpes eſſem: huius lectio-
nis nomine cōmorandi mihi datus eſt locus, et 30. aurei, et immunitas a multis inco-
moditatibus, quibus hic ciues onerantur. Tolerabilis hæc mihi cōditio viſa eſt longe infra me-
diocritatem erudito: præſertim in ea vrbe, vbi ſine periculo liceat ſacras literas auide arri-
pere, et pro modulo, quē dedit Dominus, pietatē colere. Cæterū (vt nihil eſt ſtabile ſub
luna) detractum eſt aliquid ei qualicunq felicitati his menſibus proximis, qui nō meā
modo (quā ſane nō debeo tanti pendere) ſed publicā totius Eccleſiæ tranquillitatē
triſtiſſimis diſſidiis turbarunt. Ea qualia ſint, et qua de re, et tute melius ex hoc
viro intelliges, et mihi acerbū ſit cōmemorare. Itaq nūc eo loco ſumus, vt niſi diſſi-
mulem, quod veritati conſentaneū ſentio, nulla hic mihi deinceps pax ſit expectanda.
Non ſane quod ego de re vlla peregrinus cū quoquā contenderim (ſcio enī quā curta
mihi collata ſit a Domino intelligentiæ ſuppellex, eius finibus me ſobrie cōtinens ſolicite
ſemper caui, ne quid mouere non mouendum) ſed quia hic moroſi quidā hoīes facta cō-
ſpiratione in vnius Lutheri verba, omnes vel pilum lati ab illius dogmatis diſcedētes,
indiſcriminatim & eadem (quod aiunt) pertica in hæreticorū ordine cogunt, ac diris exe-
crationibus proſequuntur. Proinde videor mihi (niſi quid Dominus mutet) hac ipſa æſtate
e Saxonia in Germaniā cū pueris meis tranſiturus. Superiore quidem autumno idē
conſtitueram, et ſarcinæ iā in vaſa collectæ erant, ſed exercitatus per bonos quoſdā huius
vrbis magiſtratus flagitauit a me vt ſaltē in ver proximū differre, ne in hyeme inci-
derem diſpendio rerum mearū. Parui, vt debui, ſperans fore, vt tandē hæc diſcordia de-
ferueret